Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ysitatores israhel. Resumauit quoque manasses filius eius pro eo. xii annorum erat manasses cum regnare cepisset et lv annis regnauit in israhel. Fecit autem malum coram domino iuxta abhominationes gentium quas subiugauit dominus coram filiis israhel. Et conuersus instauauit excelsa quae demolitus fuerat ezechias pater eius. Constituit quoque aras baalam et fecit lucos et adorauit omnem militiam caeli et coluit eam. Aedificauit quoque altaria in domo domini de qua dixerat dominus israhel erit nomen meum ibi meum. Aedificauit autem ea omnem exercitum caeli et in duobus atriis domus domini. Transiuit quoque filios suos per ignem in valle filii hinnom observabat somnia secabatur augurium maleficis et arcubus ministrabat. Fecit sibi magos incantatores multa quoque mala operatus est coram domino ut irritaret eum. Sculptile et conflatile fusum posuit in domo domini de qua locutus est dominus ad dauid ad salomonem filium eius dicens. In domo hac et in israhel quam elegi de cunctis tribubus israhel ponam nomen meum in sempiternum et movere non faciam pedem israhel de terra quam dedi patribus eorum. Ita dummodo custodierint facere quae praecepi eis. cunctam quoque legem et caeremonias atque iudicia quae mandauit per manum moysi. Igitur praeualuerunt iudaei israhel ut facerent malum super omnes gentes quas subiugauerat dominus a facie filiorum israhel. Locutus quoque est dominus ad eum et ad plebem eius et attendere noluerunt. Id circo fecit induxit eis principes exercitus regis assiriorum ceperunt quoque manasse et iunctum cathenis atque compedibus duxerunt in babilonem. Cum postquam coarguitatus est oraut dominum deum suum et egit paenitentiam valde coram deo patrum suorum de peccatis quae egerat eum et obsecrauit eum et exaudiuit orationem eius reduxit quoque eum in regnum suum et cognouit manasses quod dominus ipse esset deus. Post haec aedificauit murum extra ciuitatem dauid ad occidentem gion in convalle ab introitu porte piscium per circuitum usque ophel et exaltauit illum nehementer. Constituit quoque principes exercitus in cunctis ciuitatibus iuda munitis et abstulit deos alienos et simulachra de domo domini aras quoque quas fecerat in monte domus dei et in israhel et proiecit omnia extra urbem. Porro instauauit altare dei et immolauit super illud hostias et pacifica et laudem. praecepit quoque iuda ut seruiret domino deo israhel attamen adhuc plus immolabat in excelsis domino deo suo. Reliqua autem gestorum manasse et obsecrationes eius ad deum suum. verba quoque videntium qui loquebantur ad eum in nomine domini israhel continentur in sermonibus regum israhel. Oratio quoque eius et exaudito et cuncta peccata atque contemptus. loca etiam in quibus aedificauit excelsa et fecit lucos et statuas ante quam ageret paenitentiam scripta sunt in sermonibus ozai. Dormiuit ergo manasses cum patribus suis et sepelierunt eum in domo sui